



Bernardi Iustiniani Leonardi oratoris filii legati Veneti oratio  
habita apud Sictum. iiiij. pone. maximū.

*Vñq; ante Sanctissime ac Beatissime Pater diuine  
providentie lumen humanis laboribus affulit: hac pro  
fecto tempestate: atq; bis diebus: quasi lucidissimū Sp  
dus) oculis nostris apparuit: Ut in illo altissimo pontificatus  
solio constitutus: vniuerso xpiano generi laboranti portum salu  
tis aperires. Nam cum peccatis nostris ita poscentibus. Xpiana  
respub. partim intestinis seditionibus veraretur: partim truculē  
tissimā Gentium gladijs ludibrio esset: Ecce visitauit nos ori  
ens et alto: et velut excitatus a somno dñs: fluctuanti nauicule  
sue imposuit gubernatorem: qui bonitate vellet: sapientia scire  
autem posset: tantis in fluctibus: tantoq; rerum motu: magni  
buius gubernaculi pondus sustinere. Venimus igitur Beatissi  
me Pater. Ques pascue tuę: et gregis dñici pars aliqua non sper  
nenda. Venimus inquam adoratum sanctissimos pedes tuos: at  
q; adeo declaratū Illustrissimi principis nostri: et vniuersae Ciuita  
tis incredibile gaudium et leticiam: in cuius quidem gratulatio  
nis officio: non equidem ignoro: que facultas ingenij requiratur  
Gaudium enim nostrum aperire presertim manifestum: parui la  
boris: tanti vero gaudijs causas: vel oēs explicare: vel aiorum sensi  
bus oratione: adequare: non parui sane operis. Quod si forte ut  
cupimus non assequemur: erit clementie tue: eo benignius nobis  
scum agere: quo amplissima maiestas tua in cā est. Si tantis tuis  
meritis: et expectatōi oīm satissimacere non possumus Reminez em  
plusq; nos peniteat. Erit preterea ut opinor: huic loco non indeco  
rum: si genus orationis sequemur: xpiane pietati proprius: q; gen  
tilitati. Nam si vates illa crimina: apud poetam rem sacram orsa  
conclamauit. Procul oī: procul este prophani. quasi eorum presen  
tia/ sacram illius ceptum contaminaret: Quanto magis nos xpi  
ancs decet: Genius electum: gentem sanctam: regale Sacerdotiū  
appellatos: apud sacerorum omniū principem/ coram sacratissimis*

*Pg 288*

pontificibus p̄ sacro deniq; huius nostre leticie munere verba fa  
 cturos: Sanctoꝝ nostrorūz inherere litteris: prophana: autē oia  
 tam dicta q̄ exempla deuitare: Aggrediar. igitur bona cuꝝ venia  
 tua: et sicut a numine aliquo olim solebant: Ita nunc ego non aliū  
 de ordiari: q̄ vt euꝝ inuocem: qui te sibi delegit verissimū certissi  
 mūq; vicariuz. Ipse, p̄ pitius ad sit fidei mee: Ipse pietati: vt dignū  
 aliquid dicere possim: hoc cōi gaudio: dignuz pontifice: dignū te  
 Quod maxime vt opinor assequemur: si paucis apiemus: q̄ ne  
 cessaria fuerit hec celestis assumptio tua. Prima pars.  
 Deinde q̄ bene in rita: postremo autem q̄ leta prosperaq; oia te  
 Pontifice: sint speranda. Utinam autē principes nostri glorioſiſſi  
 me: p̄ nimio danno suo non didicissent: quo duce aut pastore in  
 digeat r̄piana religio. Aetate eo qui et inter ouile dñicū pacem  
 vnitatemq; conseruet: et aduersus Barbaras nationes r̄pianuz san  
 guinez ficientes: missum libi pp̄lhi tueatur. Unde enim tot non  
 dico tot ciuitatuz: sed pr̄uinciarū: nec pr̄ouinciarū tñ: sed regnorū  
 etiam Imperiorūq; iactura. Imminuti. n. sumus sup̄ os gentes  
 Querī olim solebant p̄ies nostri amissam esse Siriam: p̄henicem  
 Egyp̄tu Spoliatos Asia: Eiectos Africa: et mauritania. In his, a/  
 niaz deinceps. Naumetū ausum transmittere. Et in Berica nobis  
 lissima hispanie pr̄uincia: hoc est in medius r̄piani populi vi: ceri  
 bus: q̄idissime blasphemie sue tropheuz constituisse. Ut etiam si  
 diuina negligimus. Pudere tamen oporteat: fortes ab imbecillib/  
 us: viros a feminis. Homines a beluis esse superatos. Serui. n.  
 nostri dñati sunt nobis: Si vero diuino honore tangimur / quo  
 tandem animo ferendum summum Deum a phseudo propheta  
 totius orientis et Africe positione depulsum. In Europam dein  
 ceps. Asiaz contra veluti in reliquias r̄piani patrimonij penetra  
 tum. Europa inq; illa: cui omnibus retro seculis. Asia preda fue  
 rat: ipsa nunc Asia preda facta est. Breuem enim nescio quem an  
 gulum circa Elespontum occupauere. prorogauere. deinde sensuz  
 astu atq; perfidia plus q̄ armis imperium: donec aperto Marte  
 Urbem nobilissimam Ciuitatum reginam sedere Imperij dñam

gentium principem priuinciarum Constantinopolim subtilere.  
 Tantorum autem causa malorum afferri pfecto alia non potest: ni  
 si q̄ dissidentes inter se principes nostri: et quod sedum dictum est  
 de mutua interdum pernicie gaudentes. dum non est qui concili  
 et. qui componat. aperuere vias eōibus hostib⁹. Et qui laboranti  
 bus opem ferre debuerant. quasi illorum calamitas ad eos non p  
 tineret. Ipsi postremo vel perfidie vel dissidie debere penas. Atq;  
 in hunc modum ut ille inquit. hereditas nostra quotidie vereit  
 ad alienos. Nonne sic Traces euersti: Tribali deleti: Macadones  
 Ecarnames atq; Etholi. p̄ prijs sedibus pulsi. Nostra erat Missia  
 prodiito rege et trucidato amissa est. Nostra Peloponensia. altero  
 rege electo. altero decepto et ipsam eripuit. Trapezuntius r̄ pian⁹  
 Imperator. per fraudem imperio pulsus. Tantis igitur rerum in  
 clementis elatus hostis. cum iam nihil optaret. quod non aggreditur:  
 nihil aggrederetur. qđ non expugnaret. perfringere tan  
 des instituit bellisponiti fauces et claustra: ut vacuo deinceps solu  
 toq; animo agmine per omnia maria impune volitaret. Inq; om  
 niūz gentiuz: nationiunq; perniciem: vbiq; libido rabiesq; fer  
 ret: in terraz posset exponere. de euboea. n. insula tam opulentissi  
 ma qđ nobilissima. grecie quondam oculo. quid dicam: Quaz nu  
 per terra ducentenis milibus. mari aut nauibus pene innumerabili  
 bus. tormentis et machinis. tam magnitudine qđ numero hor  
 rendis expugnataz cesis ad unum opidanis omnibus semperna  
 clade nobilitauit. Sed hec fortasse hactenus dissimulare potui  
 mus. aliena videbatur agi res perq; lusuz iocumq; audiri: quasi  
 sepius decantata: Interiectum erat Joninum: Illyricumq; mare  
 pro munimento: Alpes autem a Norito pro menibus Ut reliquū  
 illud Christiani populi quicquid esset: satis tuto munitoq; loco  
 constitutum multis ruderetur. Ecce autem nuper superatis alpi  
 bus in cesaris provincias impetum fecit. Diripuit ferro. igniq;  
 vastauit. Reuerentesq; per Lauriscos et Noricos. ante ipas Ita  
 lie fores. ante Italie oculos predam innumerabilem. omnis se  
 C<sup>o</sup>rus: omnis etatis veluti vici.

miram pecudiq; trahens/iactabundo incedebat carmine/l se bie  
ui periculum acturus/san suis armis clausa foret italia:que athile  
quondaz talaricho patuisset. Ut bene isaia hec tempora viderit  
Regiones nostras coram oculis nostris alieni deuorant? Quid  
tum postea. Nonne his proutiis diebus / idipsum de Italia ex/  
periri voluit. Quod unum marime omnium concupiscit/inhiatq;  
anhelat. Reuersus enim ad Italia saltus: Italiam ipsam ingresso  
est. Liburnos & Istros/nil tale metuentes/improuisus adoritur.  
Et miseras illas finitimas regiones:que non minus italie nomi  
ne q; alpium altitudine se tutas esse putarent: cedibus & rapinis  
& incendijs depopulatus est. Ut a quingentesimo & amplius anno  
Hec maumerana rabies semel ab italis repulsa. iterum Italiaz in  
go premere nunc audeat. Aisi forte credimus qui semel italicis/san  
guinis dulcedinem degustarit non reuersurum: Aut non longe  
potentius atq; paratius exploratis iam itineribus ad exemplen/  
dam sitim non redditurum. aut ullam omnino foce credimus Ita  
lie partez que nisi communibus viribus hec belua reprimatur no  
sit illius seviciem crudelitatemq; sensura. Vide preterea ut quic  
quid illi liber etiaz liceat. Nam uno eodemq; tempore. hinc germa  
nie & Italia fines populatur. Hinc in Asiam marinis copijs tra  
iectis. Adiecta insuper ingenti classe Scandelorum. Cecilie oppi  
duz maritimū/ per oportunū ad eas res quas meditatur/quadrin  
gentis chistianis qui tunc sibi presidio erant crudelissime truci  
datis/expugnauit. In omnium quidem insularum littorunq; cer  
uicem. Quid mirum igitur si cum illa tanta gesserit geritq;. Cuz  
duo imperia quatuor regna: prouintias. xx. ducentas r̄bes/chri  
stianis principibus eripuerit. Mari deniq; marinas classes expli  
care nunc ceperit: quid mirum inq; si totius orbis imperium sibi  
deberi dicit. Et qui orientalia subegerit. occidentale nunc sibi in  
uadendum. rapiendunq; proponit. Est etiam mihi crede maius  
aliquid aliud/ad quod aspirat/ quod quidem dicere fas non est:  
sed usquequo domine improperabit inimicus: Irritabit aduersa/  
rius nomen tuum in finem. Excurri pluribus humanissime pa

ter q̄ consilij fuerat / miserandas calamitates christiani generis  
 Sed longe profecto paucioribus quam oportuerat. Si id agendū  
 desumplissimē. Finiam hanc partem. Si illud addiderol / liberius  
 fortasse loquar / temere non loquar. Aut actum de repub. christia-  
 na est. Aut q̄ certissime credimus. Tu ille vñus celo demissus.  
 Libi vni illa palma debetur vt arceas has belluas ab ouili do-  
 minico: restituasq; Christiano nomini pristinum decus / imper-  
 rium. Cur autē restitui posse diffidimus. Si ille nobis spem dat  
 qui sicuti peccanti populo mina. Ita reuerenti victoriam police-  
 tur. Cuius enim verba sunt illa. Si derelinquerint filij tui legem  
 meaz: Si in mandatis meis non ambulauerint: visitabo in virga  
 ferrea iniquitates eōꝝ: / in verberibus peccata eōꝝ: Ecce minas  
 experti sumus / nimis quidem acerbas. Cur promissis quoq; non  
 credimus: Si populus meus audierit me. Israhel si in vijs meis  
 ambulauerit: ad nibilum inimicis eoruꝝ humiliabo: Et super tri-  
 bulantes eos mittam manuꝝ meam. Manuꝝ inq; illam que semp-  
 fuit non minus fidelis erga filios / quam in hostes terribilis. Du-  
 ce te igitur nobis opus erit optime pater. Ut reuerteremur ponti-  
 fice vero te / vt inuitanti deo consiliaremur. Neq; enīz vt spero ba-  
 bebimus pontificem: qui non compati possit infirmitatibus no-  
 stris. Secunda ps.

Que cum ita sint: incredibile

est reuerendissimi patreꝝ / quantuꝝ nobis debeat christiana reli-  
 gio / pro pontifice quem dedisti: sancto Innocente. sapiente / et qđ  
 maxime optandum erat pio. vereor autem interdum Humanissi-  
 me Pater: ne side laudibus tuis aliquid dicam / pudicas aures tu-  
 as ledam potius quam oblectem. Vel quia fesse iam sint cotidia-  
 na auditione / quasi dici iam nihil possit quod non sit dictuꝝ. Vel  
 quia modestia tua virtutis actione contenta. Mauult bene agere  
 quam audire. Utricꝝ autem sic occurram. primo quidez. Ut vincā-  
 si possem Satietatem audiendi tuam vel rerum nouitate: vel bre-  
 uitate dicendi. Alterius autem benignissime pater nisi verear li-  
 beri? loqui tu in culpa es. Qui bene facit bene audiat necesse est  
 Nam comes virtuti / semper fuit gloria. Et quo magis spēnitur

eo magis sequitur. Facile patetur equissima modestia tua in eo  
superari. In quo uno vinci longe preclarus est quam viciisse. Or-  
dinare igitur a te An a maioribus. Nulla enim humanae vite con-  
ditio non habet laudes suas. Sed nunquam ego nobilissimus illud  
solare sidus; ideo ignobilius eristimauit: quia a se ipso splendesce-  
ret et non ab alio sidere superiori. Neque fontis copiam et vertutem  
Ideo ignobiliorum. Quia a se ipso proflueret: Et non aliunde sca-  
turiret. Verum sicuti sapientibus tuis placet: Omne principium  
suo effectu nobilius: Et omnem causam suo causato: Denique inde  
pendens Oeum perfectius eo quod ab ipso dependet. ita tue nobilitatis  
initia: a te ipso flutere glorioius. Ut fontis et Solis in specie spar-  
gere potuisse lumen in alios non aliunde mendicare opus habu-  
isse videreris. Itaque cum in omni pontifice duo marime requiratur.  
Ut scilicet Verbo doceat. Exemplo etiam inflammet: Utrumque  
cumulatissimo Virtutis numero es compleris. Ut et sapientia  
mores instrueres: Et moribus sapientiam condecorares. Quid enim  
de admirabili sapientia tua dici potest per dignitatem. qui ateneris  
annis usque ad hanc etatem nulli omnino rei nisi litteris insudaris  
Liberales omnes penitus haufisti. Ius omnem Pontificum tene-  
re voluisti. Nullum omisisti litterarum genus. Qui non animum  
intenderis: Sic Augustinus: Sic Hieronymus basilius: Gregorius.  
Aliaque complures. Qui profecto non dubitarunt: in omni lit-  
terarum genere et ratione versari. Sic ille sapiens Antiquior: qui  
de se ipso loquens ita gloriatur. Ipse mihi dedit horum que sunt  
scientiam veram: Ut sciram dispositionem orbis terrarum. Virtu-  
tes elementorum. Initium et sumationem seculorum. Ucissitudi-  
nes rerum. Mutationes morum. Annos cursus. Dispositionem stel-  
larum. Naturas animalium et herbarum. Quis igitur docet oia hec  
nisi ille quibus iuuenis insudasti discipline liberales. Quantum  
aut conferant ad gubernationem rerum humanarum. Inde perspi-  
ci licet. Quod ubicunquam sapientia cum potentia spiravit. Ibi mira-  
bile nescio quid effici vidimus. Neque enim facile quis quam ut illis rapi-

bus. aut Moyse eruditior. Aut Salomone sapientior. Quorum hic  
 pace. Ille bello summa sunt gloriam consequuti. Pontifices aut  
 nostros enumerare si libeat. Sane illi preter ceteros Clarissimi q  
 in primis doctissimi litteratissimiq; fuere: Nam ut omittam supio  
 res illos Auminuz instar. Quis Alejandro. iii. qui Fredericu pri  
 mu. Quis Innocentio. iiij. qui fm insolentius ecclesie dignitati  
 insultantes pescueret. Impioru suorum finibus. tentos esse fe  
 cere. aut eruditior. aut eloquentior. Urbanus quidez. ij. tñm doctrin  
 a: et eloquentia potuit. Ut scilio apud Claramonte in aluernis  
 habito admirandis eloquentie viribus. Oes gallias ad arma p  
 uerit. Trecenzo miliuz exercitu coegerit. Sanctas ciuitates: pa  
 triam dñi. Xpiani populi hereditatez incredibili gloria recupera  
 uerit. Qd utinaz felicissime pater. tibi etiaz eueniat. nuc idez mol  
 lienti. Beatas igitur ciuitates illas et regna quibus ptingit a sapi  
 entibus gubernari: Om im em artifer est sapientia: Sed ut ad te rede  
 am/ quicquid discebas: legebas: audiebas: oia dirigebas ad sapi  
 entiaz: Sapientiam inq illam que de deo est. Que sicuti inter ce  
 teras artes et disciplinas. Altior. sublimiorq; et veluti Regina ince  
 dit. Ita ad huius Altitudinem sine illis quasi quibusdam gra  
 dibus ascendi non potest. Inuisibilia enim Dei per ea que facta  
 sunt intellecta conspicuntur. Talia igitur iacienda nobis Juve  
 nili Estate fundamenta Quale edificium in Senectute ercitare  
 volumus. Et talia priuatis discenda nobis. Qualia dicenda Si  
 Magistratus Efficiemur. Que eniz seminauerit homo hec et me  
 ter. Periculum enim certe nunc est! Ne tu a puero sic Imbutus?  
 Quid mores erigant nescias? Quid nostra religio? Quid Chri  
 stiane leges? Quid fides? Quid pietas? Quid prelatorum offici  
 um? Quid populorum necessitas desideraret non intelligas. Hec  
 etiam intelligas. quo pacto labanti rei christiane succurratur. Fa  
 cile enim est diuinis instructum. terrena moderari: Sed da veni  
 am optime pater. Uno tantum deceptus es. qui superasti posse in  
 iocundissimis sapientie studijs veluti i tranquillo portu conque  
 scere Maius erat: quod futurus eras Maius ad quod parabat

Molestius fortasse tibi: sed utilius humano generi licet molestū  
tibi esse non possit: quod illi intelligeres necessarium: pro cuius  
salute tuenda: vt tam etiam ipsam expendere non dubitares. De/  
dit enim te deus in lucem gentiuz: vt sis salus eius usq; ad extre  
muz terre. Secunda particula

Aunc de moribus

et vita pauca subitiaz. Fides enim habetur non verbis: sed operi  
bus. Necq; enim possumus illi credere qui sibi p̄si mendac reperi  
tur. Statim igitur a puero diuinis misterijs a parente dicatus es  
apud nobilissimum minorum ordinem initiaris. Sic samuel. Sic  
Ieremias a pueris consecrati. Potuit ne huius amplissimi sacer  
dotij magnitudo a pulchriori fundamento consergere q; vt eccl  
sie tirunculus esset a puero qui futurus erat totius ecclesie maris  
mus imperator. Aut veluti Seraphicus ille dux tuus / dominici  
gregis vitia dispulint. Ita tu Barbarica tela in eum contorta dis  
sipares. Adolescentior deinde factus patrie in cunabula relin  
quis Uenit patauium: Fama ciuitatis illectus ad sapientiam ca  
pescendam. Ubi pro nobilitate ingenij q; gratissime exciperis. et  
nisi Sauonam patriam tuam carissimam nobilissimamq; inuidi  
re verzar: sane non minori studio et amore padue cultus obserua  
tusq; es: q; si in ipsis brachijs et sinu nascereris. Quam bene igit  
ur utriusq; ciuitatis erga te pietati retulisti/ vt et Sauonam tuis  
natalibus/ et nostrum patauium tuis studijs nobilitares/ in quo  
moratus per viginti fere annos nobilis alumnus legendo / oran  
do scribendo vniuersum orbem splendidissimis sapientie radijs  
illustrasti. In cursu autem studiorum tuorum illa duo admiratio  
ne dignissima. Primum q; neq; ipsa religio cursum adiscendi res  
tardare potuit neq; ardo adiscendi vite tenorem inhiberet. Alter  
rum autem quod cum vite sanctimonialis morum grauitate/ inge  
nio et sapientia alijs excelleres/ omnibus tamen humilioz apparenz  
Non dicaz hic vt te mature patres illi ad omnes suas dignitates  
euererint/ vt etatem honoribus viceris/ honores virtute superaris.  
Ut demum omnia sua monasteria per vniuersum orbem disper  
sa tue fidei sanctitatiq; crediderunt. Necq; in eo etiaz morabor: / q;

in hunc senatum reverendissimum glorioſſimumq; ſola ſapien  
 tia atq; virtute nicus concendiſti maiora me rapiunt Et quan-  
 q; illa marima ſunt et omnibus laudibus celebranda Multa ta-  
 men preclara ingenia in tuis laudibus ſigillatim recenſendis cer-  
 tant quotidie atq; certabunt Discedere ego mente non poſſum  
 ab hoc tuo pontificatu: quaſi nobilissima paleſtra vbi vide quid  
 ego conſiderem Egoz interdum exiſtimare factum eſſe diui-  
 no concilio Ut qui ad ſupremum in ecclie dei locum regendum  
 parabare mores emendaſe principibus preeſtes christi gloriā  
 deſenderes. Illis potiſſimum virtutibus et imbuere naturaſ et  
 studio effingerere que eſſent matime neceſſarie ad tantum mu-  
 nus admiſtrandum Quid enim magis elucet in principe: q; li-  
 beralitas et munificentia pecuniam tu ſemper ut ille inquit ſicu-  
 ti lutum extimasti Omne aurum in comparatione virtutis p are-  
 na habuisti erigua. Patorem enim te deus fingebat non merce-  
 narium Ille tibi ſemper viſe vere diuitie diuitias non appetere.  
 Quod ſi illo ſeculo felitioniſ quasi p miraculo querebatur: Bea-  
 tus vir ille qui poſt aurum non abiit nec ſperauit in pecunie the-  
 lauris Nobis certe gloriari liceat iam diu queſitum eandem inue-  
 niſſe qui mirabilium operatione rerum quas expectamus et nos  
 beatos efficias et ipſe ſis non minus re q; nominis appellatione  
 beatissimus Quaz bene pteſera iungitur huic munificentie tue  
 incredibilis caritas et mansuetudo vnum de plurimiſ attingam.  
 Meminiſti ne optime. p. ut generalis ordinis minister fratrem  
 papie in ſcelere deprehendens Deprehenſum pro alioru; exemplo  
 punieris ut temperare lachrimis non poſueris. quin diceres acer-  
 bius tibi q; fratri illud fuifſe ſuppliū O vocem dignaz memo-  
 ria ſempiterna. Quantu; em illud amabile quod etiam puniens  
 in genite tibi mansuetudiniſ non poſueris obliuisci. quid em pa-  
 rendo faceres ſi tam clementer puniendo miſereris Illa. n. precla-  
 riſſima obeunde iuſticie pars vbi non taz ſcelus odiſſe. q; etiam  
 hoiez dileciſſe videri poſſumus pulchre igit in te illud euangeli-  
 cum impletuz eſt Beati mites qui cristi poſſidebunt terraſ. Cete-

rum quis hoc credat. Eccellenzia; aī thumilitatez magnitudinē  
z mansuetudinez, temptum oīm z affectuz in uno eodēq; aī so-  
tiari potuisse Sapia virtusq; tua federare potuit oīa hec. ¶ Ter-  
cia pars. s; immiscere laudibus tuis etiaz spes nrās iam tps est, z  
maiora nūc aggredi: In deuz z n. immortalez eximia tua pietas.  
mansuetudini adiuncta. mi. ifice nobis repnēat illius magni du-  
cis imaginē. quez sicuti inuictissimū super oēs mortales scripture  
predicat. ita nimiq; diui honoris amore flagrantez q; cum orabat.  
dñe aut dimitte illis hanc norā. aut dele me de libro. quē scripsisti  
plus tñ de diuino honore. q; de ppli sui salute cogitabat. Ne forte  
arguerent egipci dñm caliditatis z astus. q; si illi p;lo dñs fugaz  
er egipcio sualisset: vt a seruitute liberaret. sed vt pderet eos facilis  
us in solitudine. ¶ Tu vero dux nr. z pi quez expectauim? in quē re  
spicimus obsecro te: qd aliud noctes z dies ingemisci. qd ante de-  
um positus aliud in orōe deploras. nisi pessundari diuinū hono-  
rez. z vt inquit ppheta iugiter tota die nomen dñi blasphemari  
blasphemant hostes q; pecular? vinee tue delicias in execribili fu-  
rore pculcant blasphemāt filij. qui q;si derelicti. de pentis sui boni  
tate desperant. Aisiq; tu es iaz oīm reliqua spes! tu expectatio in  
te oīm ora oculiq; piecri. Audiuunt sapiaz. vident sanctitatē-libera-  
litez. clementia magnitudinez aī. pietatem in deuz. caritatez in  
oēs. que qdez oīa cum audiunt nō possunt de te sibi. nisi oīa ma-  
gna salutaria pollicerit. qd illud sanctissimū decretuz qd generalis  
designatus edisti. nō ne fuit q;si specimen aliquo p;ssimi aī tui. ar-  
gumentū locuplex quantū etiaz si posses rpiānāz rem iuuares. nā  
cu; dolore nimio afficeris: hinc assiduis cladibus rpi populum  
erinaniri. diripi civitates. templa dirrui. virgines z pueros et pa-  
rentū amplexibus ad libidinez euelli. Senes innocuos nec precio  
nec libidini satis aptos mactari. q;si pecudes. quid ageres cu;z hec  
videres. videres aut er alia parte seuissime huius bellue. truncem  
formidandāq; potentia. quottidie latius excrescere. Remedias au-  
tez alia tūc tibi non erant non arma. nō milites. non copie. Qd re-  
liquū fuit. pfugis ad diuinā opem. vnicū tunc tibi z singulare p;

dium. Statim em̄ edicis per ōes tuas ecclesias: ut quicq̄s diuine  
 bōe dicunt. totiens pro xp̄i bellatoribus supplicatio fiat quid po-  
 tuit amplius inermis aduersus armatos q̄b qui ferro nō posset la-  
 crimis & orōe dicaret velut ille nobilissimus pontifer qui dicebat  
 aduersus arma militesq̄ gothos lacrime mee. mea sunt arma. ita  
 q̄b hoc instituto facile declarasti affectū animi bene cupientis ad  
 esse tibi. vires desiderari ceterū neq; vires etiam de futuris si mō  
 exoraretur ille. qui q̄n vellet non minus vires addere poterat q̄b  
 q̄m ante potuerat cū voluisset penetrat autem nubes ip̄mq̄ ce-  
 lū assidua iusti supplicatio. Ecce em̄ eroiat? iaz deus est. ecce nūc  
 vires addire auctoritas autez oīm maxima tibi celitus colata Mu-  
 tauit ne quid interdū solz inutabile desideriū tuuz fortune muta-  
 tio. quin noua te nup obstrinxisti fide. Wedisti. n. aia pietatis tue  
 voti tui signū gentibus oībus extulisti. Ut fuiti pontifer saluta-  
 tus. eū tu thesauros eccleie. vel pretiū eoꝝ. in fidei defensionē pmi-  
 fisti. vt ante pene eos ascrī. seris. quā possederis. Licet tūc tui ve-  
 re esse ceperunt: cū tu primū illos esse noluiti tuos pius. i. glos-  
 tiosissime memorie. quem magna parantez pulchra moliente In-  
 uidia mors oppressit: cū designatus esset pontifer Oblati sunt ad  
 spectaculū thesauria pontifice de mortuo relicti. quasi magnū qp-  
 piaz. & visu pulcherrimū vbi oculos depasceret. at diuinū ille vir  
 videre noluit: auserte hinc inquit. citius. n. expendem⁹ q̄b alij cō-  
 gesserint. O magnū principez. & vita longiore dignissimū: pace tñ  
 illius direrim: nō tu mihi videris inferioz aī magnitudine. q̄ il-  
 lum auri gemmaꝝ fulgorē ferre potuisti oculis & cernere aīo  
 recensere pariter & negligere. s̄ si mihi liceat inter tanti noīs prin-  
 cipes dirimere hanc litē. Ille fortasse cautor qui noluit videre. tu  
 certe aīo cellior. qui tam potuisti spnere q̄b cernere si tñ illud sper-  
 nere est. tā nobile preciū rei oīm sanctissime & in p̄mis nccarie a  
 cōmodare: pul. hñ erat illum splendorez sed te magna medianē  
 longe speciosius: pulchru audire laudantes. i preciū singlis statu-  
 entes sed longe pulchri⁹ quod aīo versabas. q̄tum. s. in armatos  
 quantū immunitiōes. q̄tuz terra. q̄tuz mari parandū erat. s̄ qđ

ego diutius de thesauris istis loquor cum in ore semper habeas  
ne dum tua omnia. verum etiam te ipsum p repub. xpiana deuo-  
uisse. Cidete qd possit exemplum. Cupiebant quidem antea frēs  
tui opes suas offerre. oīa polliceri adiūctum vscq; ipsamq; vitaz si  
necessitas exigeret. o te beatuz cui certatim fortuna virtuz tua p  
tua glia tua p̄tendunt. Habes. n. quibus plura designare nō pos-  
sis Germania nunc ardet belli gerendi studio. Quid apud Rati-  
spanensem puentum nuper decretuz sit intelligis. oēs ad arma cō-  
spirant. Non potest cesar tñ dedecus ferre. sumere arma volunt:  
vlcisci nolunt. vel cōez vel priuatam iniuriam. quid si auētatez ad  
iunxeris tuam. vtrungq; gladiuz ambo strinreritis. et veluti coniū-  
ctis signis hostez hunc persequamini. Hec ab occasu: Uerte nunc  
oculos ad orientez. Tides ne vt transthauri iuga ab Gaspijs vscq;  
litorib; moueantur ultime nationes in auxiliuz piissime cause  
tue. Tanta est huius teterrimi hostis perfidia. tanta crudelitas  
vt eu; iam gentes omnes pro cōi hoste habeant. qui sit totius hu-  
mani generis crudelissimus inimicus. de italia aut tua nihil di-  
cam amplius. iuncta tibi federe est. cum signuz dederis pposituz  
qz tuuz certum oib; feceris. Non dubito quin habeant omnes et  
diui honoris et pp:li periculi et officij sui rationezi q ista moueāt  
ne illud quidez tot clarissimos p̄ncipes mouebit. veterem illam  
italie bellorum armorūq; gloriaz Barbaris illis nationibus tot se-  
culis imperitare solita; ad Asiaticū nescio quez frigem aut Capa-  
docem oīs diuini et humani iuris expertē Sū fide. sine virtute. si  
ne humanitate. tanto cum decoro esse translataz Ecce iam Ferdinā-  
dus ipse rex christianissimus atq; fortissimus. ferre non potuit.  
In armis est spqz cupierant. sed tunc incensi sunt quasi legati tui  
duces tui. ad sui Imperatoris ardorez. et ipsi opes Bellum hoc glo-  
riosissimum sponte suscepit. fidei zelo non iniuria commotus.  
idem ceteri facient. pari ardore concurrent. Hactenus potuit vel  
cupiditas vel suspicio dominari. Nunc tua lux fugabit. illas te-  
nebas. Omnim p̄ncipum mentes clarissimo concordie lumi-  
ne perfudisti. De nobis autem maxime pater:

"Pulchrius est tacere Icb loqui ne laudes nostras satis alieno tem  
 pore agere velle videar Loquentur fortassis omnia secula validis  
 simos exercitus potentiissimos classes quibus cum antea multis  
 in bellis cum hoc hoste. Num vero hoc nouissimo maximop per  
 octo et amplius annos opibus corporibusq nostris rez Christiana  
 ab hac truculentissima rabie quo ad potuimus tutati sumus re  
 spice nunc quid velim Nam si uniuersam hanc belli mollem Ita  
 per nos ipsi hactenus auriliante nullo ferre potuimus ut usq ad  
 Euboram amissam plures intulerimus hosti clades q acceperis  
 inus. Tu vero si hoc bellum excelso ut facis animo suscepereis alii  
 os principes moueris vndiq auxilia contrareris Terra maric  
 arma intuleris a fronte a tergo a latere hostem preculteris. Quis  
 bitas nel quin liberatis tandem ab hoc teterrimo iugo christiano  
 rum prouintijs non tam deinceps de Europe Icb de Asia atq af  
 frice possessione certetur: quaz gloriari tuam ut his oculis aliqui  
 auriaz libenter cum hac aimula vel per ipsum sanguinem profun  
 denda depaciscar. Dici de gratulatioe. B. pater que dicenda erat  
 pauca quidem pro Aunc de obidientia et de con  
 clusione magnitudine rerum dicendaruz Pro tuis vero tui ratio  
 ne nimis fortasse multa Reliquuz est ut exsoluamus quid nobis  
 proprie hac legatione ab illustrissimo principe nro atq senatu est  
 demandatuz. Nam cum memoria repetunt hanc sedem illam suis  
 se que a primis nostre religionis exordijs super solidissima petra  
 fundata fuerit Non humano concilio aut sapia aliqui delecta S  
 ipius domini nostri iesu christi diuino ore declarata apostolorum suo  
 rum Petri et pauli sanguine secreta in quaz irruere venti turbi  
 nescq possint: Eidem vero loco mouere non possent: Cunq prete  
 rea legerint quid Anacletus: Gelasius Leo Gregorius Steffan  
 Nicolans. Quid multa deniq uniuersalia concilia de huius sa  
 crosancte sedis auctoritate excellentia potestate et senserint et de  
 creuerint. Aunc te preterea videant huic glorioissime sedi Antis  
 stitez delectum illis superioribus sanctissimis pontificibus legit  
 time successisse: Ad te delatas esse regni celestis claves illas omni

potentes. Tuē deniq̄ fidei. Tuē diligentie: dilectissimaz r̄pi spon  
sam totius orbis ecclesiam esse commissam. Cum hec in qua oia  
viderent. misere nos legatos ex veteri patrio que instituto/ ut tue  
beatitudini humilem deuotanq̄ obedientiaz suo nomine defera  
mus. Te primuz pastorem. summū sacerdotem. Pont. maximum  
petri successorez r̄pi vicarium omni cultu venerationis i reueren  
tie prosequamur. Nibil erit preterea illis antiquius. nibil iocundi  
us. q̄ desiderijs tuis obsequi. dignitatē amplitudinēq; tueri  
tuam. Nam si oipotenti deo. i non viribus nostris. aut virtuti ac  
ceptum ferimus quicquid publice. quicquid priuatum / vel terra  
vel mari possidere contingit. D̄is. n. vniuersorum ipse est. Item  
q; alibi. Regnum in manu eius i potestas i imperium. Quo tan  
dem pacto satis in euz grati esse poterimus. si illi oia aperta non  
erunt quem suum in terris ductorem. suum vicarium. celesti pari  
ter i terrena dignitate constituit. Hoc sensere maiores nostri. Hoc  
ip̄i a parentibus acceperunt: qui multa bella suscepserunt pro eccl  
sie dignitate tuenda: maxima pericula adierunt: opes assumpser  
runt. sanguinem profuderunt. Hoc nos ab illis cum lacte sursum  
i ingenite nostre pietatis: non nullum etiam augmentum ut op  
pinoz edidimus. Libi igitur ante pedes deponunt quicquid opis  
bus valent: quicquid imperio terra mariq; polent: ciuitates: oppi  
da: insule: classes: exercitus: opes: tua sunt omnia. Uttere ipsis: fac  
cum vis periculum. Reperies profecto nec ingratos in deum: nec  
degeneres in patriaz: nec in promisso fallaces: Sed forti animo:  
constantiq; fide: semper erunt. re. atq; opere q̄ verbo: et oratio/  
ne veriores.

Acta Rome. iiiij. Anno decembribz. Mcccclxxij. Seden  
te Sixto. iiiij. Pont. maximo inconsistorio publico.

*Amc*  
*1287*